



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 81. Ministri a Cardinalibus Romæ Sede vacante nominati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæc. XVI. mari nequit, quod Maria Magdalena
A.C. 1521. fuerit Lazari soror; hæc enim erat in
 Bethania prope Jerosolymam, ille vero ex Gallilæa venit: ac propterea Evangelistæ semper inter illas distinguunt, dum unam appellant Mariam Magdalenam, alteram vero Marthæ sororem, præterea S. Evangelii textus utrique diversa assignat munia, omnesque antiqui Patres, qui D. Gregorium præcesserant, has tres mulieres discernabant, nec ante Sanctum hunc Pontificem, quin discrimen facerent, Peccatricem fuisse Magdalenam affirmabant; denique nuperi sæculi celebriores Scriptores Ecclesiastici tres distinctas fuisse personas censuerunt, ut patet ex Breviariis recens recognitis, & præcipue in Parisiensi (*).

§. LXXXI.

Ministri a Cardinalibus Romæ Sede vacante nominati.

Præusquam ad novi Pontificis electionem procederetur, omnes Cardinales in unum congregati (exceptis Medicæo

(*) Consule hæc in rem doctissimum hujus ævi Criticum P. Honoratum a S. Maria Carmelitam Discalceatum in Tomo I. animadversionum in Regulas Critices.

dicæo, Cortonensi, Cornaro, & Cibo) Sæcul. XVI.
 nominabant Officiales, qui vacantis Se- A.C. 1521.
 dis tempore sua quisque munia obirent.
 Igitur exercitus imperium Constanti-
 no Comneno Macedoniae Duci commit-
 tunt, Romanæ autem Urbis Regimini
 Vincentium Caraffam Neapolis Archi-
 episcopum, ac denique Palatii Vaticani
 custodiæ Annibalem Ramigo Spoleti
 Episcopum præficiunt. Præterea plu-
 ra alia negotia decidi curarunt: cum
 vero nonnullæ causæ in prima hac con-
 gregatione dirimi ac componi haud
 potuerint, hanc in rem ex Episcopo-
 rum ordine Cardinalem de Montibus,
 nec non Piccolominæum Presbyterum,
 & Cæsiûm Diaconum itidem Cardina-
 les nominarunt. His ita dispositis, o-
 mni die in secunda aula Congregatio
 habebatur; inchoatis vero Papæ defun-
 cti exequiis, tres illi Cardinales de
 Montibus, Piccolominæus, & Cæsius
 confestim unacum ærarii Romani Præ-
 fide ad cubiculum Cardinalis de Monti-
 bus sese contulerunt, ibidemque, quæ
 ad urbis, platearum, pontium, ac por-
 tarum custodiam necessaria essent, edito
 mandato disposuerunt.